



REPETITIO DISCURSIVA

Cap. I. x. de Juramento Calumniæ.

§. I.

Ingressus, & distributio hujus repetitionis.

I.



Octor. Difficile nuper *in examine* rigoroso forte tibi obtigit Capitulum, nempe I. *de juram. Calumni.*, Domine Candidate laureæ : *Candidatus*. Primâ facie non credidisse, sed expertus sum. D. re-

A

spon-

spondisti ad dubia ultra exspectationem. C. Quoniam nunc plus otii fuit, quam tunc, cum illud pro specimine intra 24. horas, una cum lege ex codice, repetere, ac syllogisticè defendere jubebar, studui hæc tenus per octiduum illi magis enucleando. D. Et ego, evolvendo desuper veteres, & novos, ut possim nunc de thesauro meo proferre nova, & vetera; quare, cum hodie *dies justinianæus* sit, quo liber sum lectionibus, veni, concludamus nos in bibliothecam S. Simeonis, ne quis nos turbet: ibi præstò sunt codices manuscripti, & impressi, quibus utamur. Feci quoque expressè mihi afferri diversos libros ex bibliothecâ aliae Universitatis, ut necessaria habeamus in promptu. Erit autem nostræ repetitionis discursivæ ordo sequens:

2. 1mò. Sistemus textum, ejusdemque veros conditores.
- 2dò. More consueto repetentium, distribuemus eum in suas partes, sistendo in fine *casum longum*.
- 3tò. Explicabimus textum de versu ad versum.
- 4tò Ponemus *casum brevem*, sive *punctum*, & *thema principale* textū, ac super eo in formā disputabimus.
- 5tò Recensebimus, quæ subsequenter acciderint contra observantiam hujus Capituli.
- 6tò. Demum colligemus, exemplo glossæ, notanda bona grana ex hoc textu.

Ap-

Apparet
nimèque
lum, si
mirè to

Siftur
3. C. Inscrī
que numer
aliquibus
D. Tribu
XVII. Ga
lum in V
elt præcl
elt Hono
sis, pas
nici sub
cretale
sextæ,
primi
rum dec
minatus
volumini

Apparebit in decursu, quām sit dubiis fœcundum, minimēque sterile ad doctam altercationem hoc capitulum, super cuius intellectu fundamentali interpretes mirè torquebantur.

§. II.

Sistitur textus, ejusdémque veri conditores.

3. C. Inscrifbitur *Honorius Papa*, in multis codicibus *absque numero*, an sit I. II. III. vel IV.? in plerisque III. in aliquibus II.; cui ergò *Honorio* tribuetur hæc decretalis? D. Tribuit eam *Honorio III.* doctissimus mediæ Sæculi XVII. Gallus, *Innocentius Cironius*, qui præter *paratitlam* in V. libros decretalium *Gregorii IX.* commentatus est præclarè *quintam compilationem* de *approbatis*, quæ est *Honorii III.* Tribuit quoque P. *Guenois*, Bituricensis, pag. 475. ejus indicis, quem corpori juris canonici subjunxerunt *Pithæi* fratres, ubi recensentur illæ decretales *Honorii III.*, quæ insertæ fuerunt *compilationi sextæ*, nempe *Gregorii IX.* Econtrà mox dieti *Pithæi* imprimi fecerunt: *Honorius II.* Et in compilatione variarum decretalium, quam *Bartholomæus Laurens*, cognominatus *Poin*, manuscriptam, compactamque eodem volumine invenit cum Concilio Lateranensi III. sub *Ale-*